SUMME RERUM MODERATOR
FER OPEM!
DUM
BENEVOLO INDULTU
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS,
MATERIAM CRIMINALEM
FAMOSISSIMAM

BANNI

der Acht/

SUB PRÆSIDIO
VIRI
NOBILISSIMI, AMPLISSIMI AC CONSULTISSIMI

DN. STATII HARBORDI
à WINDHEIM

J. U. D. ET CURIÆ PROVINCIALIS
ADVOCATI ORDINARII GRAVISSIMI,
FELICISSIMI,
DN. DOCTORIS MEI AC PATRONI
OMNI OBSERVANTIÆ CULTU COLENDI,
IN AUDITORIO JURIDICO
AD DIEM JULII
DISQUISITIONI PUBLICÆ SUBJICIO
AUTOR ET RESPONDENS
CHRISTIANUS FRIDERICUS REICHHELMUS,
HAL. SAX.

JENÆ,
Typis JOHANNIS NISI. M. DC. LXV.

I. N. J.

DEteſtatur Reſpubl. benè conſti-tuta immaniora ſuppliciorum genera, quæ non amore juſtitiæ, ſed explendæ ferinæ truculentiæ causâ excogitantur. *Schönborn. lib, 3. Polit. cap. 20. §. 1.* (qualia ceu Hyrcanas Tigrides in theatrum crudelitatis produxit deperditum ſeculum Chriſtianæ perſecutionis.) Intereſt tamen Reipubl. delicta puniri; adeò, ut & ipſa elementa, pollutam ſcelerum mixturam exoſa, vindicare videantur audacem legum inviolabilium violationem. Aqua parricidam, culeo inſutum, elementorum uſu vivum carere docet, ita ut cœlum ſuperſtiti eidem, ac terra pariter mortuo auferatur. *§. 6. Inſt. d. publ. jud.* Urit ignis & moleſta tunica: *Martial. lib. 25. Epigr. 25.* Aëris uſus præcluditur reſti: Dejectio de rupe Tarpeja: Stringitur romphæa: Contunditur rota: Igni & aquæ interdicitur, terra pontusque negatur. Hinc venerandi ſacratæ Themidos Antiſtites ſartam tectam ſervant tranquillitatem publ., reprimunt ac conſtringunt deſperatiſſimam facinoroſorum, perduellium inq; ſcelera proruentium colluviem, & terrore legum publicè proſtantium, & pœnarum gravitate. Taceo cætera, quæ reos carcere detentos torquere ſolent, &, dum fugitivos velox vindicta venatur, admiror legum providentiam. Fugitivi nomen, furcis affixum, publicè omnium conſpectui exponitur:

confiſcabantur bona, ut qui corporibus propriis non ſatisfecerint, bonis luere pœnam cogantur: Galli effigiem facinoroſi patibulo annectunt. (in effigie hencken) Et ultro citroque recepta hodiè in Imperio noſtro Romano-Germanico famoſiſſimi BANNI, der Acht / impoſitio viget. De qua nobili materia criminali aſt perplexâ, & Spiritum manum ab igne ſacro depellente, verba facienti adſiſte copioſâ gratiâ, GRATIOSISSIMA TRINITAS.

CAPUT I.

Originem, Etymologiam, Homonymiam, Definitionem & Diviſionem includens.

BANNI origo è Quiritium jure à quibusdam petitur. Conſtat, quod Civi quondam Romano nec Civitas aut libertas adimi, nec ſpiritus eripi potuerit. (via ſanè facillima ruendi in ſcelera) Ne verò hi demum eò audaciæ progrederentur, ut peſtem molirentur conterraneis, atque nefariis ſuis conatibus triſtem Reipubl. ruinam accelerarent, per indirectum, quod directè vetitum erat, effecêre Romani Magiſtratus. Interdicebant namque aquæ & igni tanquàm elementis maximè neceſſariis ad fovendum ſpiritum immortalem in mortali receptaculo, quorum uſu carentes à laribus patriis pede non remorato deproperabant exules. *ex Lactant. l. 2. Inſt. c. 10. Gail. l. 2 de P. P. c. 1. num. 6.* Quod in effectu idem erat atque expreſſa proſcriptio ſive deportatio, quæ pede preſſim poſtea, excreſcente Romanorum territorio, ſecuta, *Speidel. in not. ad Beſold. Theſ. pract. verb. Bann. n. 7.* eô hodiè coarctatô in bannum tranſiit. *Aliter Alciat. lib. 2. parerg. c. 2.* qui ex hiſtoria Græcorum originem ſumpſiſſe exiſtimat.

Voca-

Vocabulum BANNI quidam deducunt à Vandal' banner, vexillo; eo quod Vandali rebus ſeriis vexilli ceremonias adhibere conſueverint. Alii quaſi abannatio, ab annali Græcorum relegatione. Quidam à Germanico Baan / ut ita banniti Imperii amittant viam publicam. i. e. uſum rerum communium omnibus conceſſum. Daß ſie des H. Reichs Baan und Straſſe nicht brauchen dürffen. Alii à germanico Band ſive binden Limnæo videtur deſcendere à germanico Bann/ quod olim fuerit proclamatio publica. Bannire etiam apud veteres Germanos idem fuiſſe ac ſancire, jubere, probat *Hering. Tr. de Molend. quæſt. 11. num. 3. vid. Beſold. in Tract. de Natura popul. & ort. lingv. lit. B. Gail. d. l. Limn. ad Capit. Carol. V. verb.* in die Acht. *num. 6.* Quo in ſignificatu proclamationis & Franci vocabulum illud ſecum induxerint in Galliam, ubi adhuc obtinet: Banniſſement, it. ban de Mariage, it. ſonner le ban au tambour, bey Trummelſchlage etwas auſsruffen laſſen. ACHT derivatur à germanico achten/quod in bonam & malam partem trahitur. Hodiè tamen die Acht ſemper nigro carbone notatur. Illud monent, quòd propriè bannum ſit Pontificis, die Acht verò Imperatoris. quamvis promiſcuè his verbis utamur. *Speidel. ad Beſold. Th. pract. voc. ban. num. 6. Chilian* König *in proceſs. Tit. de Except. peremtor. num. 10.*

Bannum nonnunquàm denotat poteſtatem animàdvertendi in facineroſos, den ban zu richten über Bluth. Sic confinatio, ubi quis certâ civitate ſeu caſtro ceu perpetuo carcere ad cineres usq; incluſus, Bannung in zehenden vocat[ur] *Beſold. th. pract.* Nonnunquàm generale mandatum. Huc refer bannum Molendinarium, molas bannales, bannaria, Bann-Mühlen / Zwang-Mühlen / quæ id habent jus, ut integræ communitates integrique pagi pro conterendo frumento eò ſe conferre teneantur. *de quibus latè & eleganter Hering. d. Molend. quæſt. 11. per tot.* Eodem ſenſu Wild-Bahn / *Beſold. d. l.* Bannum nonnunquam ſumitur pro pœnâ pecuniariâ. Banno mille marcharum ſubjacere, inquit Fridericus II. Imperat. *d. ſtat. & conſuet. contr. libert. §. 1.* Leges Longobardorum bannum habent 60. ſolidorum.

 Heri-

Heribannum eſt vócatio ad caſtra ſub mulctâ non euntium [illegible]. Bannum nonnunquam denotat denunciationem nuptialem è ſuggeſto, quæ non tantùm obtinet generali conſuetudine & obſervantiâ, ſed expreſsè fundatur *in Ordin. nuptiar. A. 1624. punct 5 ib.* Zuvor 3. Sontage nach einander öffentlich auffgebothen werden. Et eſt actus ſponſaliorum & nuptiarum intermedius, ut eo intervallo impedimentum quoddam latens, per denunciationem publ. exquiratur, veniletur, ac deſuper ſententia feratur, priusquam conſummetur conjugium. *Magnif. Dn. Carpzov. Juriſpr. Conſiſt. l. 2. Tit 8 Def. 38 n. 2. & 3.* Actus regulariter quidem neceſſarius de conſuetudine & juxta Ordinationes Eccleſiaſticas, nonnunquam tamen à Principe, qui jure Epiſcopali pollet, ejusque conſiſtorio, relaxandus, ita ut trina proclamatio quandoque in unam contrahatur, quandoque, in caſu præſertim extremæ neceſſitatis, penitus omittatur. *Carpz. loc. cit. Def. 39 & 40.* Bannum ſæpè ſumitur pro Excommunicatione, ſæpè pro Relegatione. Legitur & bannitum jejunium, ob avertendam divinam pœnam ſeu bannum, *Reſold. Th. pract. voc. ban.* ubi etiam de bannito Moguntinæ Eccleſiæ jejunio contra plagam [illegible] inſtituto. Huc referri poteſt & quod de Ninivitis *Jon. 3 v. 7 legitur.* Sed hæ ſignificationes fortè à noſtra tractatione alienæ.

Nobis enim bannum eſt, ut *Magn. Dn. Carpz. Prax. Crim. P. 3. quæſt. 141. num. 13. cum Sichardo ad Leg. 1. C. de hered. Inſt.* deſcribit, Pœna quædam, ſeu coercitio delicti vel contumaciæ, quæ ex auctoritate Jurisdictionis aut Judicis principaliter procedit, vel, Bannum eſt cenſura vel pœna, legitimo proceſſu à Judice competente ob delictum vel contumaciam in abſentem reum declarata, ad hoc, ut à nemine in clientelam fideque aut amicitiam recipi poſſit. Dividitur in bannum generale ſive Imperii Reichs-Acht / & particulare, provinciale ſive locale, quod Bannum Saxonicum comprehendit.

Bannum Imperii deſcribitur, quòd ſit judicialis cenſura Imperii, quâ ab Imperatore & ſtatibus, vel etiam Camerâ, delinquentibus aquæ quaſi & igni interdicitur, ita ut à nemine

reci-

recipi, ab omnibus verò impunè offendi poſſit. C.G.O. *in. 2. Tit. 9.* § So iemand ꝛc.

Bannum particulare, quod à Statu Imperii vel alio magiſtratu infligitur, & fines territorii regulariter non egreditur.

Bannum Saxonicum deſcribitur à Chil. König *Proceſs. Tit. d. Anot.* quòd ſit pœna temporalis, cui tamen reus ſeſe poteſt ſubtrahere. Melius fortè, quod ſit cenſura judicialis inſtituto judicio criminali ex delicto capitali ejusque contumaciâ contra reum abſentem procedens, ad id, ut pro convicto & confeſſo habeatur. Comparatur annotationi civili, indeque originem traxiſſe videtur, ubi reus abſens non damnabatur, ſed annotandus requirebatur, citatio fiebat per trinundinum, i. e. per novem quosque dies, tribus nundinis, ſi non comparere, bona annotabantur, expectabatur annus, quo in rei contumaciâ elapsô, bona applicabantur fiſco. *vid. Magnif. D. Struv. Synt. Civ. Exerc. 49. th. 93. ſeqv. & Weſenb. pamtit. Tit. d. requir. vel abſent. damn. Wüſenb. p. 2 Diſſ. 37. num. 4.*

Quæ tota Banni generalis ſpecialisque natura dilucidius pateſcet, ſi omnes cauſas ſingulatim perluſtrabimus.

Cap. II.

De Cauſa Efficiente.

Cauſa Efficiens Banni generalis ſeu Imperii eſt Imperator cum ſtatibus collectivè ſumtis. Ratio: quia Imperium noſtrum mixtum, ita ut Majeſtas penes Imperatorem reſideat vera, non tamen penes ſolum; & vera penes ſtatus, non tamen ſolos; Tota penes utrumque pro partibus indiviſis. Neq; illud contradictionem implicat; Cùm jura majeſtatica nobiliora & ad comitia ſpectantia (alia eſt ratio in reſervatis Cæſareis aliisque juribus, quæ per inveſtituram in ſtatûs Imperii conferuntur) pro indiviſo poſſideantur, æquè ac fundus pro indiviſo à duobus poſſeſſus nec glebulam continet, quæ ſit unius

[illegible] ſolius. Neque Majeſtas noſtra eſt abſolutiſſima poteſtas, ſed præter jus Naturæ, Gentium & Divinum ſuperiores recognoſcit leges politicas, fundamentales, capitulationes Cæſareas, quæ tamen non tollunt Majeſtatem. *Limn. lib. 1. c. 12. num. 36 qui n. 38* Majeſtatem in genere diſtinguit à ſpecificâ & tali, qualem Status Imperii eſſe voluerunt. Manebit itaq; Cæſaris Statuumque vel ſaltem Electorum concurrentiam requiri ad Bannum Imperii. Quod & moderna innuit Capitul. Leopold. *art. [illegible]* & Ferdin. III. *art. 30. vid. Leg. Reg. Carpz. cap. 9 ſect. 10. n. 21. & Limn. ad dict. art. 30.*

Non obſt. R. J. Augſpurg. d. Ann. 1548. Tit. **die pœn der Friedbrecher** ꝛc. 3. **So bald die Friedebrecher durch uns/** inquit Imperator, **oder unſern lieben Bruder / oder Cammer-Gericht** ꝛc. it. in aliis ejusd. Tit. **von pœn der Uberfahrer** / Tit. **von Gewalt des Cammer-Gerichts ꝛc.** ubi ſæpius Imperator bannum ſibi attribuere videtur. Sicut enim non ſtatim colligitur, Cæſar fœdus iniit cum Turcis; E. hoc pepigit inconſultis ſtatibus: Cæſar indixit vectigalia aut collectas extraordinarias, E. non adhibere debuit conſenſum Electorum ad minimum: Cæſar proponit capitula deliberationis in Comitiis, E. in ipſius manibus volvuntur ſuffragia. *Limn. Jus publ. Lib. 1. c. 10. n. 31. & 43.* Ita non ſtatim ſequitur: Cæſar hunc declaravit in bannum Imperii, E. non adhibere debuit conſenſum ſtatuum; aut ſoli Cæſari poteſtas banniendi competit. Nonnunquam in caſu præprimis extraordinario, & quando periculum in morâ, Electorum conſenſus ſufficit. *Limn. ad Capitul. Ferdin. 3. art. 30. verbb.* **Churfürſten ꝛc.** Neq; vero ſemper bannum immediatè à Cæſare & ſtatibus procedit, ſed & à Camera Imperiali in primâ inſtantiâ frangenti pacem publicam infligitur. **C. G. O.** *p. 2. Tit. 9.* §. **So iemand ꝛc.** (quamvis Camera in ſecunda inſtantia non habeat Juriſdictionem criminalem. **C. G. O.** *p. 2. Tit. 28.* §. *11.* **Nach dem auch.** *Limn. lib. 9. cap. 2. n. 142. 168.* Limitationes, *n. 180.* it.) Contumaciam etiam partis litigantis in cauſam civilem incidentem Camera banno proſequitur. *Moll. 2. Semeſtr. cap. 24. n. 1.* Ideò ſolent Cæſar & ſtatus mediatè per Cameram bannum decla-

rant

rant, quia Camera ab utrisque dependet. *Limn. ib. n. 52.* An autem Camera in banniendo conſenſum Electorum adhibere debeat? Affirm. Sinold. citatus à Limn. *ad Capit. Ferd. 3. art. 30. verb.* Churfürſten. *num. 4.* qui tamen potius negativè reſpondet. De Judicio Rothwillenſi, cujus Jurisdictio certis limitibus præcluſa & circulum Francicum, Auſtriacum, Suevicum & Rhenanum non excedit, judicari poteſt ex Ordinat. Rothwill. & ejus confirmationibus quæ habentur apud Limn. de Judicio Weſtphaliæ. *vid. Freber. Tract. ſing.* Salva igitur res eſt, ad bannum Imperii requiri Cæſaris ſtatuumque concurrentiam. Nonnunquàm tamen Statûs Imperii immediati ſunt cauſa efficiens banni generalis, quod pateſcet ex hâc quæſtione, quam etiam inſtituit *Magnif. Dn. Carpz Pr. Crim. quæſt. 36. num. 3. ſeqq.* An ſoli Imperatori, an verò ſtatibus etiam Imperii, Electoribus, Principibus, vel civitatibus Imperialibus facultas competat declarandi aliquem in pœnam banni Imperialis? Affirm. poſterius, per lib. 1. Landr. art. 71. & lib. 3. art. 24. junct. Viſitatione Cam. Imper. Anno 1577. **Daß den Stånden und Obrigkeiten frey und ungehindert / alle und jede begangene Ubelthaten / vermöge Kåyſerl. Rechte und des H. Reichs Abſchieden / Landfrieden / rc. zuſtraffen.** Et ipſe Cæſar aliquoties cum ſtatibus ſanctiſſimè ſibi invicem curam ſedulam de tuendâ & vindicandâ pace publ. promiſerunt. *vid. loc. cit. n. 25. Præjudicium.* Diſſentit Gail. *d. Pac. pub. lib. 1. c. 6. n. 8. & c. 11. n. 3. & lib. 2. c. 1. n. 27.* Citat. leg. 1. §. deportatos. 3. ff d. Legat. 3. ubi deportatus dicitur cui Princeps annotavit Inſulam, & additur, quod priusquam factum Præſidis comprobet, nondum amiſiſſe quis civitatem videatur. Sed obtuſum telum, quod deciſionem quæſtionis de ſtatu hodierno ex antiquitate ſine delectu accerſit. Ipſa Reipubl. Germanicæ forma **iſt nicht aus dem Lateiniſchen Rechten oder** Bartolo & Baldo, **ſondern vielmehr aus des Reichs löbl. Herkommen / und alten Verfaſſungen zu nehmen.** Autor **der gründlichen Donauwertiſchen** Informat. Neque hoc pacto juvabit l. deprecatio, *ff ad Leg. Rhod. d. jact.* de quâ vid. Limn. *lib. 2. c. 8. it. Goth. & Peeck. ibid. in Not. Vinn. ad h. t.*

Diſtinguit tamen citato loc. Carpz. inter ipſam banni Imperiali declarationem, quam & ſtatibus tribuit & declarationis executionem, quæ ad imperium ſpectat. Non tamen exinde negatur, quod Cæſar & Camera Statûs cujusdam ſubditum bannire poſſint: *latè Magnif. Dn. Carpzov. leg. Reg. cap. 9. [illegible] & n. 21.* ubi præjudicium. Nec obſt. Ord. Camer. *p. 2. [illegible] verb.* Welcher alſo durch ꝛc. quæ non factâ mentione ſtatuum, Cæſari & Cameræ abſolutionem à banno [illegible] concedit. Jam qui deſtituitur poteſtate abſolvendi, [illegible] condemnationis habere videtur. R. ex verbis O. C. non probatur Cæſarem excluſis ſtatibus aliquem abſolvere. Imò in reſtitutione banniti conſenſum Electorum requiri à vero non alienum videtur Limn. *ad Capit. Ferd. 3. art. 30. [illegible]* Churfürſten. *n. 8.* Et hôc poſito adhuc firmiter inde non ſequitur, ſtatus non poſſe dict. mod. imponere bannum [illegible]. Præterea collectio à negata abolitione ad præcedentem condemnationem habet ſuas fallentias, quemadmodum etiam videmus magiſtratus quandoque municipales reos damnare poſſe ad mortis ſupplicium, quibus tamen indiſtinctè, ut [illegible] in caſibus, ubi Principis confirmatio requiritur, [illegible] & abſolvendi inde non tribuitur.

Banni particularis Cauſa efficiens eſt quivis ſtatus Imperii in ſuo territorio. Ratio & fundamentum eſt ipſi provinciæ cohærens poteſtas territorialis, Landes Fürſtl. oder Landes Obrigkeit / quæ eſt poteſtas ſummi poſt Imperatorem [illegible], eique connexorum regalium in omnes territorii [illegible] *Limn. lib. 4. c. 8. num. 183.* Inde regula illa vulgaris, [illegible] ſtatum in ſuo territorio tantum poſſe, quantum Imperator poteſt in Imperio; de cujus intellectu, & quomodo [illegible] & ſtatuum quoad reſervata Cæſarea poteſtatem [illegible] *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 6. Frantzk. lib. 1. Reſ. 18. n. 21.* Cùm enim integræ provinciæ, Ducatûs, Comitatûs, ſtatui conceduntur in feudum, ſive de novo, ſive per renovationem, per [illegible] iata, omnia regalia eò ſpectantia tranſeunt. *[illegible] territ. jur. cap. 1. num. 224. 311. 336.* utut [illegible] quidam [illegible] at, die Landes Fürſtliche Obrigkeit iſt

vor

vor Alters im Reich gantz unbekand geweſen / und iſt erſt ein neuer fœtus noſtri ſeculi. Licet enim nomen hodiernum olim fuerit incognitum, ſufficit tamen rem ipſam fuiſſe fundatam eo ſtatim tempore, quô ſtatibus Imperii integræ provinciæ, Ducatûs, Principatus &c. feudi nomine dari cœperunt. Ex illâ in territorio radicata poteſtate bannum denunciant, nemine eos regulariter turbante in exercitio ſuo. Extraordinariè tamen nonnunquàm Cæſar banna in territoriis ſtatuum affigi curat, citra ullàm eorum requiſitionem. *Paurmeiſt. d. Juriſdict. 1. cap. 27. n. 39.* ob concurrentem, ut nonnulli exiſtimant, aut potius ſubordinatam, *vid Magnif. Struv. Synt. jur. Feud. c. 6. aphor. 18. n. f. & Franck. lib. 1. Reſol. 18. num. 6, ſeqq.* Cæſaris, quem ut ſinguli ſuperiorem recognoſcunt, cum ſtatibus in eorum territoriis poteſtatem. *Limn. lib. 4. cap. 8. n. 184.* Particularis tamen hujus banni effectus non egreditur limites iſtius territorii.

Quoniam verò Status Imperii, prædicta poteſtate territoriali inveſtiti in ſubditos per inveſtituram aut aliam conceſſionem transferre poſſunt jus in civilibus & criminalibus reddendi poteſtatem, non adminiſtratoriam tantùm, ſed perpetuam ipſique territorio, Caſtro fundóve inhærentem. *Magnif. Dn. Struv. Synt. Civil. Exerc. 4. th. 79.* ideo & magiſtratus municipales merum habentes imperium banni decernendi poteſtate gaudent, quæ tamen ipſis itidem diſtrictûs terminis incluſa. Non tamen indiſtinctè judex procedere debet ad bannum, ſed probè diſpiciendum, an ſit judex competens, alioquin, omnibus etiam attentis requiſitis, reus excipiet incompetentiam.

Forum autem ſortitur reus in criminalibus, adeoque etiam banno, vel ratione domicilii. *Magn. Carpz. Prax. crim. pag 3. quæſt. 110. n. 9.* vel delicti commiſſi *ibi num. 13. & 45.* vel rei ipſius recepti ſive deprehenſionis, *ib. n. 69.* Et quidem perpetratô delictô, & judex domicilii, licet extra locum domicilii reus deliquerit, tàm ad accuſationem partis, quàm per viam inquiſitionis procedere poteſt; & judex quoque delicti commiſſi. Maximè tamen ad inquiſitionem obſtrictus judex loci

B 2 ubi

ctatur materia in projecto Electorali capitulationis Cæſareæ conſtantis ac perpetuæ, per dictaturam publicè communicato. Cæteroquin ad formam banni Imperialis ex conſtitutionibus imperii requiritur: Legitima citatio. Inauditus enim nemo damnari debet. *Weſenb. paratitl. d. Accuſat. n. 12.* Nec juſta fit executio, niſi ſententia legitimè ſuper eodem crimine fuerit lata. *c. 19. d. hæretic. in 6to. arg. l. 29. pr. ff. d. jur. fiſc.* Nec ipſum Diabolum, ut JCti loqvuntur, in foro civili condemnandum, prohiberi defenſionalia ſua opponere. Igitur & reus Banni Imperialis ante declarationem citandus *R. J. Spirenſ. 1542. §.* Wird ſich aber iemand ꝛc. *Conſt. pac. publ. Carol. V. Tit. 2* mit vorhergehender *citation* alſo in gemeldete Acht gefallen. *Ordin. Cam. Tit. 9.* §. So iemand. Turbator pacis publ. citari & legitimo proceſſu habito, ſententiâ, probato delicto, in bannum imperiale declarari & denunciari debet. *Gail. d. p p lib. 2. c 3. num. 8.* Hinc etiam ſalvus conductus permittendus reo, (qui omnibus regulariter concedendus, *Magnf. Dn. Richter. centur. reg. 4. num 25. & 26.*) isque & poſt ipſam banni declarationem, hoc impetrato, publicâ ſecuritate gaudet. *Schonborn. lib 5. c. 26.* etiam in cauſa fractæ pacis publ. accedente præprimis conſenſu partis offenſæ. Landfr. *Tit.* Friedebrecher und Thäter nicht zu hauſen. Hinc propter exceptionem non factæ legitimæ citationis in locum tutum eludit Johannis XXII. Pontif. bannum Ludovicus Bavarus, licet aliquando ab eodem per edictum ad valvas Eccleſiæ citatus fuerit. Eadem exceptione Clemens V. annihilavit bannum ab Henrico Imperatore emiſſum contra Robertum Regem Siciliæ. Citatione tamen & proceſſu tunc adeò opus non eſt, quando crimen commiſſum eſt maximè notorium & delictum permanens, vid. Handhabung des Landfriedens zu Worms *ann. 1495 Tit. Declamation* der *pœn ib.* Soll auch deshalben weiter Fürforderung oder einiger weiterer Erklährung nicht noth ſein. *& in R. J. Augſpurg. 1559* §. damit denn ꝛc. *ib. ipſo facto* gefallen ſein ſollen wie wir denn dieſelben izo alsdenn / und alsdenn izo in die Acht thun. *Limn. Capitul. Car. V. art. 22. n. 4. & Capitul. Ferdin. 3. §. 30.* Unde Gailius inquit *lib. 2. p. p. c. 3. n. 16.*

c.3.n.16. Prædicta non obtinent in crimine notorio rebellionis, *& n.18.* Committens notorium crimen læſæ Majeſtatis ipſo jure & facto abſque ullâ declaratione (quanquam à ſententiâ è legitimo proceſſu eductâ differre mihi videatur ſententia ultimi ſupplicii declaratoria, quæ etiam in maximè notoriis, reo ſtatim confitente & proceſſu intermiſſo fertur) in bannum incidere debet, cùm periculum ſit in mora & notorium ſententiæ comparetur. *Carpz. Pr. Crim. quæſt. 95. num. 85.* (quanquam hoc, ut obiter addam, vix probetur ex alleg. ib. c. Evidentia. d. Accuſat. ex quo melius concluderetur ipſam famam delicti commiſſi accuſare nonnunquam reum, & ſupplere actoris vicem.) Hinc Imperator ita loquitur: In Kayſerl. Achts-Erklährung contra Pfaltz-Graff Friederichen Churfürſten ꝛc. zu deme auch ſonſt / vermöge unſerer geſchriebenen Rechte in einer notoriſchen / beharrlichen rebellion und ſolchem Verbrechen / da im Werck contra honorem & fidelicatem unſer als Röm. Kayſ. kundbarlich gehandelt wird / anders nichts als executio juris ſtatt hat. Non tamen crimen hoc notorium excludit communicationem cum Electoribus, quæ cum effectu & maturo conſilio intelligenda. *Limn. ad Capital. Ferd. 3. §. 30.* Probè tamen hîc cavendum, ne notoria dicamus ea, quæ non ſunt, ut rectè Alex. 3. Archid. Toletano in c. conſuluit. 14. X. d. Appellat. reſcripſit. Vix enim quicquam ita notorium eſt, quin adverſus id aliquæ competant defenſiones, & ſubſint circumſtantiæ occultæ excuſantes. Unde non ſufficit factum eſſe notorium, niſi etiam qualitates facti ſint notoriæ, & conſtet, nullam delinquenti competere defenſionem. Quâ ratione moti Dd. ſtrictè ſupra datos text. intelligendos, & præter caſus expreſſos non extendendos monent.

Præſupponit autem ſententia cauſam legitimam, cujusmodi violatio pacis publ. vel centies allegata in Conſtit. Imper. pertinaciſſima contumacia, rebellio, crimen læſæ majeſtatis, etiam diffidatio; quod probatur *Conſt. pac. publ. Tit.* die Pœn der Friedebrecher ꝛc. verb. wieder der eins oder mehr ſo vorgemeld im nechſten Articul geſetzet iſt / (ubi & diffi-

datio-

dationes prohibentur) handeln ꝛc. & in Receſs. Imper. *Augſpurg. 1555.* §. Wir ſetzen / ordnen / ſtatuiren ꝛc. expreſsè diffidatores, Abſager / comparantur violatoribus pac. public. Landzwingern. Et ſolus ibi conatus ſufficit, prout in crimine læſæ majeſtatis, utut non acceſſerit actus ipſe. *eod. §.* Nec obſtat quod Gail *d. P. P. l. 1. cap. 7. num. 2.* ad violationem pacis publicæ requirat violentiam armatam. Sufficit enim, quòd diffidator arma mortemque intentare, omnibusque modis ad effectum pervenire moliri ſoleat. Sufficit armorum terror, ut armis videantur dejeciſſe. *l. 3. §. 5. ff. d. vi & vi armata.*

Reo (abſente, aut quod in effectu idem, præſente in Imper. Romano, ſed & ad reſiſtendum armatâ manu parato) citato, & evidentiſſimis argumentis de fractâ pace publica aut crimine læſæ majeſtatis &c. convictô, aut præfinito ad purgandum termino non comparente, nec innocentiam datis articulis defenſionalib. legitimè probante. *Gail. l. 2. c. 7. n. 19.* ad ipſum bannum fit progreſſus. Convolvuntur nubes nubiloſæ dirumque protrudunt fulmen. In Aulâ Cæſaris quibusdam declaratis in bannum, inquit Nobiliſs. & Ampl. D. Gerhard. Conſil. Anhalt. *Tract. de Jud. Aulic. & Camer. Diſcurſ. 3 cap. 3. §. 5.* bannum per præconem Cæſareum, Kayſerl. Reichs-Herolden / in loc. domicilii denunciatur, & ſi univerſitas eſt, Curiæ, aut ſi præconi introitus in civitatem non permittatur, portis invidimatâ copiâ affigitur, vel ſi & hoc prohibeatur, ante portas in conſpectu excubiarum deponitur.

Publicationem ſententiæ banni vid. apud Limn. *In Capit. Car. V. art. 22. ibiq; citatum Meurerum & Melandrum R. J. Augſpurck. 1576. §.* Damit denn ſolche Kayſerliche Erklärungen in die Acht bey iedermann deſto mehr Anſehen und Abſchreckens machen / So ordnen und wollen wir / daß in ſolchem Falle alle Præſidenten und Beyſitzer im Gericht zu gegen ſeyn / auch von dannen hinaus an gewöhnlichen Ort unter freyen Himmel zu publicirung der Acht ſämtlich erſcheinen ſollen.

Prothonotarius ſchedulam declarationis ſub dio proclamatam fruſtillatim diſcerpit & in terram abjicit. Bannum

ejus-

ejusmodi terribile habetur in Ordinat. des Kampff-[illegible]chts zu Nürenbergk §. 27. Jch nimb N. N. Ehr und Recht/ Aigen uñ Lehen/ uñ ſetze das Aigen in des Reichs Kammer / und das Lehen dem Herrn/dem ſie zu lehen rühren. Jch verkündige ſein Weib zu einer Witwen / ſeine Kinder zu Waiſen/ uñ theil ſein Leib frey den Vögeln in den Lüfften / denen Thieren in den Feldern / denen Fiſchen in den Waſſern / und ſetze ihn von allem Recht in das Unrecht. Jch nimb ihn aus dem Friede / und ſetze ihn in den Unfrieden gegen allermänniglich / und ich ſprich ihn hiermit offentlich in die Kampff-Acht / wie recht iſt / und erlaub ihn allermänniglich / daß niemand an ihm gefrevelt habe / der ihn angreifft ꝛc. Darümb daß er an das Heil. Reich gerathen/ uñ nicht das verantwortet hat. wie recht iſt. Limn. *Tom. 4. Addit. ad lib. 5. Cap 7. p. 754.* Maximè terribilis fuit banni proclamatio uſitata am Kampff-Gericht des Land-Gerichts zu Francken. Limn *ad Capitul. Car V. art. 22 p. m 251* der Richter tritt vom Stuel / wendet ſich gegen Orient und ſpricht ꝛc. in fin. Wir weiſen dich N N. in die vier Straſſen der Welt in dem Nahmen des Teuffels / bey dem Eiden in der Sach. *Add. Gail. de pac. publ. l. 2. c. 6. n. 9. & ſeqq.*

Poſt publicationem & proclamationem ſententiæ, ipſum bannimentum ubivis in imperio affigitur, præprimis in banniti patriâ, ubi illud iterum publicè proclamari expedit. Hinc cum Hertzog Heinrich zu Sachſen und Beyern propter crimen læſæ Majeſtatis & rebellionem öffentlich in die Acht und Aber-Acht erklähret wurde / hat er zwar vorgewand / ſolche Acht ſey nicht kräfftig / ſintemahl er nicht in denen Landen noch an dem Ort da er gebohren / darein erklähret ſey. Dann er ſich darauff beruffen / daß er in Schwabenland jung worden / und darinnen auch die Acht / daß ſie kräfftig ſein ſolte / hätte ſollen über ihn erkand werden. Aber dieſem Behelff zu begegnen / iſt er zu Gemünde in Schwaben öffendlich in die Acht zum Uberfluß erklähret worden. è Spangenbergk *in Chron. Saxon. c. 232.* Limn. *Capit.*

pit, Car. V. art. 22. n. 6. Adde de hoc proceſſu variè ſcribentes Aventin. *l. 6. ann. Boj.* Arnoldus Lubec. *in ſupplem derel. ab Helm. l. 2. c. 29.* Crantz. *in Saxon. l. 6. c. 38.* Reinecc. *in præfat. ſuper Chron. Helmod.*

Forma Banni particularis adeò exactè definiri non poteſt, cùm jura ſtatutaria utplurimùm juri comuni detrahant, ſalva tamen manebunt generalia judiciorum, Rei accuſatio, citatio, permiſſa defenſio, criminis atrocitas, judicis competentia &c. Banni Saxonici in ſpecie quod attinet formam, quando & quomodo hoc inſtituendum, in eo potiſſimùm obſervanda ſequentia: Judex loci, quo crimen aut homicidium commiſſum, competens, accuratâ generali inquiſitione rumorem ac famam proſequatur, ut ita (1) Per neceſſariam maximè inſpectionem, in quâ cardo cauſæ criminalis vertitur, de corporis delicti veritate & qualitate conſtet. *l. 1. §. illud. 24. ad Sct. Silan. vid. Magnif. D. Carpz. Pr. Crim. p. 3. quæſt. 136. n. 98. & 99. ibid. alleg. Angel. Aretin. & Hippol. d. Marſil.* Aut per perſonarum, quibus conſtat depoſitionem peinl. Sächſ. inquiſit. und Achts Proceß. *Tit. 3. art. 2. num. 5.* Aut firmiſſima indicia in delictis facti transeuntis. P. H. G. O. *art. 8* P. Sächſ. *inquiſ. proceſs. T. 3. art. 3. n. 2.* (2) Ut actio ſit criminalis. Nunquam enim in civilibus ob contumaciam procedit bannum Saxonicum. P. S. I. und A. Pr. *Tit. 15. art. 1. n. 8.* (3) Bilance Juſtitiæ ipſum metiatur factum, ut appareat an delictum taliter ſit qualificatum, ut mereatur pœnam capitalem, cùm Juri Saxonico criminalia vocentur, quæ pœnam corporis inflictivam irrogant. Ponderando omnes circumſtantias judex videbit, uxorem adulteram abſentem, ſi illi maritus condonare vult, non poſſe banniri, quia in adulterio partis inſontis condonatio pœnam capitalem mutat in relegationem. *Carpzov. Pr. Cr. quæſt. 55. n. 18. ſeqq. & Conſtit. Elector. 19. p. 4. §.* Dieweil *20.* Neque homicidam exceptione inculpatæ tutelæ ſe tueri valentem, banno proſcribendum eſſe. (4) requiritur certitudo perſonæ delinquentis. Non enim ſufficit ſuſpicio, etiam aucta per fugam, quæ pœnam reddit graviorem. *l. 54. verb. Sin autem. C. d. Epiſc. & Cler.*

Cler. l. 13. ff. de cuſtod. reor. Præterea ob majorem ... certitudinem etiam Jus Saxonicum requirit (5) vel reum deprehenſum in flagranti crimine vel actionem inſtitutam crimine nondum pernoctato, (intra 24. horas) Land R. *l. 1. art. 55. & 66. & gloſſa lib. 2. art. 35. pr.* Quod primum tamen praxi hodiernâ non obſervari, inquit Carpz. *d. l. quæſt. 136. n. 96. & ib.* (6) requiritur rei abſentia contumax. Reus enim per defenſorem comparens in judicio, delictum confitens, & ad defenſionem deducendam ſeſe offerens, ſalvumq; proinde conductum petens, banno non eſt proſcribendus. Neque incarceratus contumaciam in comparendo committere poteſt, neq; per conſeqq. pœnam ſortitur contumaciæ. Hodierna, inquit ibid. Carpz. Saxonici fori conſuetudo id ipſum adeò commutavit, ut judicio bannitorio locus ſolummodo detur, ſi reus abſens fuerit. Nam eo deprehenſo & in judicium deducto, judicium bannitorium ceſſat, etiamſi crimen nondum ſit pernoctatum, quod benè notandum. Ea tamen ibidem traditur differentia, an crimen pernoctatum fuerit, an non, quod utroque quidem caſu reus citatus in criminali judicio, latitans, nec ſui copiam faciens, banniri poſſit, diverſo tamen temporis intervallo. Priori caſu continuò banno proſterni nequit, ſed legitimum ſemper ſpatium reis conceſſum, tàm circa comparitionis terminum Saxonicum, quàm litis conteſtationem, probationes, atteſtata teſtium, juris ordine ſervato. Poſteriori modo ſecus: ſtatim enim adverſus reum contumaciter abſentem proceditur ad bannum, non ſervato juris ordine, nec legali termino comparendi conceſſo. Hisce requiſitis præſentibus inſtituitur judicium criminale, quod neceſſariò proceſſum bannitorium antecedit, plerumq; ordinarium requirens proceſſum. P. S. *Inquiſ.* und Achts-*Proceſſ. tit. 15. art. 2. n. 1. & 2. Carpz. proc. jur. tit. 1. art. 4. n. 20.* Procedit in eo accuſator, (ſine quo ſecundum juris ordinem nemo condemnatur, & hic olim in crimen ſubſcribere cogebatur. *l. ult. ff. d. priv. delict.* In proceſſu tamen inquiſitorio fama ejus vicem ſupplet) vel Fiſcalis, ein peinlicher Anwalt oder Fiſcal conſtituitur, qui agit adverſus fugitivum, qui citatur, hodiè una vice con-

ce per emtoriè, ſi fixum habeat judicium; ſin vagabundus, in territoriis trium diverſorum dominorum, ut ſe ſiſtat intra terminum Saxonicum, quo præterlapſo, propoſitâ accuſatione, in contumaciam proceditur usque ad legitima impedimenta, biß auff Ehehafft / quam tamen contumaciam comparitione, probatione & deductione impedimentorum ſtatim purgare poteſt. Quod ſi verò non compareat, denuò contumacia accuſanda, & tandem propter infractam contumaciam judicatur, daß Anklåger Angeklagten wegen ſeines beharrlichen Ungehorſams biß auff die Acht erſtanden ꝛc. *vid. form. d. l. 234.* Tandem ad implorationem accuſatoris declaratur in bannum ſuperius, in die Ober Acht / (ſi intra annum & diem ſeſe ex hoc banno ſimplici, Unter Acht / non eximat) præcedente citatione, ne ulla defenſionis via reo præſcindatur, & accuſatâ legitimô modô iterum contumaciâ.

Cap. V.

De

Cauſa Final. ſeu Effect.

I. Bannitus impunè poteſt occidi *Ordin. Cam. p. 2. Tit. 9.* quod confirmatur etiam ratione: Quia Bannum è cive Reipubl. hoſtem facit communem patriæ. Quos Senatus hoſtes judicavit, vel lege latâ, in hoſtium numerum ſe conferunt. *l. 5. §. 2. ff. d. cap. demin. Gail. d. P.P. lib. 2. C. 12. n. 1.* Jam communis omnium gladius in hoſtem ſtringitur; id quod loco quodam eleganter deducit Cicero. Imò majores nec lugendum eum putaverunt, qui ad patriam delendam venerit, adeò ut qui ſine ſcelere filius patrem aut pater filium occidiſſet, præmio eum afficiendum omnes conſtituerint. *l. 35. ff. de relig. & ſumt. fun.* quod tamen limitandum exiſtimamus eo caſu, ſi pater non venit contracto agmine hoſtili, ad oppugnandam patriam, ſed habetur quidem pro hoſte, cui tamen nullæ ſunt belli vires; Ibi enim nefas eſt filium occidere patrem, quamvis bannitum, quod pugnare videatur cum pietate & charitate patri debita. *arg. l. 38. § 9. ad Leg. Jul. d. Adult. l. 8. de reg. Jur. Novell. 12. c. 2.*

verb.

verb: Licet legum contemtor & impius ſit, pater tamen eſt. Vid. Magn. D. Struv. d. Vind. priv. cap. 2. aphor. 7. n. 4. & Wieſenb. ad leg. 38. ff. de relig. & ſumt. Diſp. 23. th. 25. Gail. l. 2. d. P. P. c. 10. n. 24. Similiter nec uxori licet occidere maritum bannitum, quippe cum contra reverentiam eſſe videatur. *l. 14. ſ. ff. ſol. matr. vid. D. Struv. cit. loc.* Fallit etiam regula, & eâ non obſtante ſecuritate gaudet bannitus, cui ſalvus conductus eſt promiſſus. *Schönborn, lib. 5. c. 26.* Etiam in cauſa fractæ pac. publ. accedente præprimis conſenſu partis offenſæ. **Land-Fr.** *Tit.* **Friedbrecher und Thäter nicht 2c.** Hic enim ad omnem incurrentium injuriam defendendus, ſi modeſtè ſe gerat, alioquin novum delictum ſuperveniens privilegium ſalvi conductus excludit. vid. *Theodor. Colleg. Crimin.* ibique *alleg. Tiraquell. Coler. Menoch. &c.* Reſtringitur tamen hic ſalvus conductus, ita ut conceſſa ſimpliciter ſecuritas comparendi in judicio intelligatur tantùm de primo termino, non quotieſcunque poſtea ipſi bannito libuerit. Similiter bannitus, Legatus, neque offendi, neque ex causâ irrogati banni retineri poteſt, quia legati etiam hoſtibus ſancti ſunt & inviolabiles, neque ita obſtet bannitum eſſe communem hoſtem. Excipit quoque Theodor. citatus à privatorum injuria bannitum ſub cuſtodiâ Curiæ conſtitutum, ex ratione, quod per capturam data occidendi poteſtas revocata videatur. Etiam ob contumaciam, legitimo juris ordine ſervato, bannitus omnium neci proſtat. *Gail. d. p. p. l. 2. c. 5. n. 12. Theodor. in Coll. crim. Diſp. 11. th. 4.* Licet enim contumacia propriè non ſit delictum; contumaces tamen & quondam pro hoſtibus habitos fuiſſe, teſtatur Julius Cæſar *lib. 7. com.* Si quis magiſtratus decreto non ſtetit, ſacrificiis interdicunt: Hœc pœna apud eos eſt graviſſima, in numero impiorum & ſceleratorum habentur, ab iis omnes diſcedunt, aditum ſermonémque defugiunt, nec iis petentibus jus redditur; nec ullus locus communicatur. Hic namque non tam corpus delicti, quàm ἀταξία & Cæſareæ majeſtatis contemtus inſpicitur. Nec obſtat. *ord. Cam. p. 3. Tit. 43.* § **Und ſo alſo der 2c.** *& Tit. 49.* § **Und ſo die Execution** *&c.* ubi ſit partis litigantis & vincentis immiſſio in contumacis banniti bona, donec purget contu-

maciam. (Bannitus enim ob contumaciam in camerâ etiam alterâ parte invitâ, refuſis expenſis à banno abſolvitur. *Mynſing. 5. obſerv. 11. n. 4. Gail. d. P. P. l. 1. c. 18. n. 13. & lib. 2. c. 6. n. 4.*) Cùm ibi non tractetur noſter caſus, nec verba excluſivè loquantur, quaſi omnis pœna per hanc immiſſionem ſit abſoluta. Sed differentia notatur inter cauſam banni ex delictô, ubi bona condemnati utplurimum capit fiſcus, & ex contumaciâ, ubi pars vincens in bona mittitur. Quin ipſa potius formula banni, quæ eadem in contumaciâ & delicto, *Gail l. 2. de P. P. c. 5. n. 12. & cap. 6. n. 11.* **Erlauben ſein Guth und hab männiglich** *&c*, ſola, ob publicam legis auctoritatem, de cujus juſtitia diſputandi & cognoſcendi poteſtas privatis non competit, ad præſtandam interficienti impunitatem ſufficere videtur. Non tamen conceſſa hæc in banniti corpus injuria ad ſcelera protrahitur, nec uxor bannita impunè ſtupratur. In banno Saxonico bannitum occidere non licet. *Magn. Dn. Carpz. Proc. Saxon. tit. 7. Art. 4. n. 58. & Prax. Crim. quæſt. 140. n. 131. contra al. leg. ibid. DD.* fortiſſimum argumentum vid. Text **Landr.** l. 1. art. 38. verb: **So daß ihm mit der Acht niemand ſeinen Leib nehmen mag.** Vid. Magnif. Dn. Struv. de vindict. *priv. c. 3. aphor. 7. fin.*

Expediti itaq; juris eſt bannitum imperii impunè occidi poſſe, dum quis modò zelo juſtitiæ & amore patriæ inflamatus, non vindictæ privatæ cupiditate percitus interficiat; idque de jure civili. Sed altioris indaginis & magis in receſſu habens quæſtio eſt: An ſalvâ & tranquillâ conſcientiâ hic actus peragatur, neque jure naturali læſo, neque divino. Juris divini Deciſionem utut Theologis relinquamus, rectè tamen illud exinde non lædi videtur. Quoad jus naturæ, hoc quidem in ſe imutabile eſt, admittit tamen gradus decretorum, aliud fortius, aliud levius natura impreſſit. *Wieſemb. ad tit. d. A. R. D. p. 2. Diſp. 18 n. 7,* ita Deum eſſe colendum, honeſtè vivendum nullam patitur limitationem, è contra in quibuſdam ob adventum circumſtantiæ extrahitur objectum è numero eorum quæ lex naturæ comprehendebat, prout defenſor corporis neceſſarius ſubtrahitur univerſalitati legis, homicidium prohibentis. Adeoque

oque jus naturæ etiam patitur reſtrictiones, & correctiones, à jure civili additas. Hoc enim, cùm non in totum recedat à naturali & gentium jure, neque per omnia ei ſerviat *l. 6. ff. d. J. & J.* addit juri naturali, quædam magis adſtringentia conſtituendo; ut in ulterioribus graduum prohibitionibus: à jure naturæ non definita determinando; ut in pœnarum determinatione, legitimæ tutelæ delatione, inſtitutionibus. Actibus quibuſdam ſubſtantialia adjiciendo; dum v. gr. 7. teſtes ad teſtamentum requirit. Detrahit quoque, non quidem contraria præcipiendo, ſed vel ex politicâ ratione non aſſiſtendo, ut in pacto nudo, SCtis Macedoniano & Vellejano. Imò, quandoque quædam permittendo, exigente humanâ neceſſitate. Vid. *Magn. Dn. Struv. Synt. Civ. Exer. 1. th. 58. & Tract. d. Vind. priv. cap. 2. Aphor. 3.* *Habn. ad Weſenb. Tit. de Juſt. & J. n. 2.* Quemadmodum igitur jus naturale, ut dictum, patitur limitationem in moderamine inculpatæ tutelæ, in defenſione pro ſalute publicâ, & in leg. ult. C. quand. un. lic. ſin. jud. ubi cunctis adverſus latrones publicos pro communi quiete exercitium privatæ ultionis indultum; Ita & hunc noſtrum caſum defendi poſſe nullus dubito. Contrarium ſtatuit Arniſæus, d. Jurib. Majeſt. l. 2. c. 2. n. 9. vid. de hâc quæſtione latius Tuſchium. Pract. concluſ. 19.

II. Bannitus perdit omnem defenſionem. In hâc quæſtione diſtinguit Petrus Theodor. in Coll. Crim. Diſp. 11. th. 4. lit. A. inter defenſionem civilem ſeu eam, quæ jure civili approbabata & certo modo limitata, & Naturalem & juris gentium. Hæc, inquit, naturalis defenſio, quæ nec ipſo diabolo deneganda. *Clement paſtoral. d. ſent. & re jud.* nec bannito adimi poteſt. Diſtinguendum eſſe arbitror inter banniendum & jam bannitū. Banniendus omninò ſemper ſua adhuc deducere poteſt defenſionalia, tàm in banno imperiali, quàm ſpeciali ſeu locali, præprimis in banno Saxonico, ubi & poſt latam ſententiam banni inferioris adhuc admittuntur defenſiones, ad tollendum ſuperius. Ipſe verò jam bannitus & projectus in perfectum, conclamatum & nunc exequendum bannum, in deſpe-

ratiſſi-

ratiſſimam ſimul fortunam conjicitur, omnium creat urarum injuriæ exponitur. Hic ſi delictum ſufficienter per teſtes idoneos probatum, quomodo adhuc habebit ullam defenſionem? Si verò ob contumaciam omiſſæ purgationes, & damnatus pro obtinenda abſolutione innocentiam ſuam docere velit, etiam poſt ſententiam eum audiendum ſtatuimus *cum Gail. lib. 2. p. p. c. 5.* Cùm & jam damnatum in carcerem ex poſt facto conjectum in probanda innocentia audiri jubeat Carol. V. *in Conſt. crim. art. 155.* Neque appellatio bannito denegetur. *Magn. Dn. Richt. p. 1. Conſil. 37. n. 21. ſeqq.* Niſi bannum procedat ex contumaciâ, contumaci enim beneficium appellationis denegatur. *l. 1. C. quor. appel. non recip.* Imò nec ea Defenſio, quæ à jure civili ſecundum offenſionem licitam & illicitam determinata, bannito competit, quia ubi offenſio juſta capitalis eſt conceſſa, ibi defenſio prohibita. *arg. l. 4. C. de his qui ad Eccl. conf.* Atq; impunè licet occidere bannitum. *Vid Magn. Dn Struv. Tract. de vind. priv. pag. 31. Ord. Cam. part. 2.* Tit. 9. Sollen des/ oder derſelben Guth und Leib allermänniglich erlaubet ſeyn/ und niemand daran freveln oder handeln können Et per banni declarationem quivis quaſi conſtituitur miniſter juſtitiæ. Ampliat hoc Coler. *conſil. 39. n. 98* ita ut nec bannitus aggreſſorem violentum interficiens evadat pœnã homicidii. Licèt aliàs melius occurrere in tempore, quàm poſt exitum vindicare. *leg. 1. C. qu. lic. un. ſin. jud.* quod adeò extenditur à Doctoribus, ut ſtatuant, quod exiſtimans ſe occidere bannitum, ſi interficiat alium, pœnâ ordinariâ non veniat puniendus.

III. Bannitus à nullo recipi, tolerari & adjuvari poteſt. Landr. zu Worms *Ann. 1495. Tit.* Friedebrecher und ſolch Thäter ꝛc. Erklähr. Landfr. Augſpurgk 1500. *Tit.* die Friedebrecher ſollen kein Geleit haben. C. G. O. *Tit. 13.* ubi ſub pœna banni prohibetur dem Gan. Erben quicquam communicatur.

IV. Perdit bannitus Imperii omnia jura civilia, omnia judicia, omneſque in iis actiones, quæ juris civilis ſunt ob informationem, ordinem & additionem ſubſtantialium, quibus neglectis, quatenus quis in conſcientiâ obligetur. *vid. Dn. D. Struv.*

Struv. Exer. 1. th. 58. & Exer. 2. th. 13.) Ità verò bannum Imperii fores præcludit judiciorum, non quod ad pœnam non poſſit rapi, ſed quod bannito in judicio agenti & moventi controverſiam omnis denegetur audientia. *Ummius Diſp. ad proceſſ. 1. th. 4. n: 23.* adeò ut neque actionem ante bannum cœptam perſequi poſſit. *Harpr. ad §. 1. Inſt. d. iis per quos ag. poſſ. n. 38. & ſeq. Coll. Crim. Theod. p. a. a. a. a.* excipitur illud intervallum, quo de nullitate ſententiæ banni in proceſſu diſputatur. *Umm. d. l.* Limitat hæc Gail. *L. 2. p. p. c. 12. n. 18.* bannitum perdere judicium ut actorem, non ut reum, adeoque citatum exceptiones ſuas poſſe proponere, eas tamen ſolas, quibus ab impugnatione actoris ſimpliciter & neceſſariò ſe defendit, non quibus perſonam quaſi actoris volens induit. Hinc eſſe quod non poſſit retorquere. Vid. *Magn. Dn. Struv. d. Vind. priv. c. 10. aph. 7. n. 9.* non poſſit admitti in judicio L. Diffamari: non poſſit conventus reconvenire, ne quod in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam expendatur. *Gail. d. l. n. 24. & 30.* quæ quamvis ſpecioſa, an tamen Conſtitutionibus Imperii conſentanea, non immeritò fortè dubitaveris. Vid. **Land Fr. zu Wormbs** de anno 1495 tit. **die Pön der Friedbrecher / Kaiſ. Land Fr. zu Augſp.** 1548, tit. eod. §. 1, Bannitus etiam non poteſt condere teſtamentum, neque paſſivam habet teſtamenti factionem i. e. omnium ſucceſſionum & hæreditatum, prout quondam deportati. *l. 1. Cod. d. hered. inſt.* eſt incapax. Ut verò ob ſpecialem alimentorum favorem ea deportatis legato relinqui poterant *l. 11. de alim. vel. cib. leg*; Ita legata alimenta ex æquitate bannitis concedit Nel. *Tr. de bannit. 1. p. 2. temp. n. 41.* quod tamen & ipſum vix videtur admittendum.

Per bannum particulare quis perdit jura illius loci ſtatutaria. Unde ſi alicubi ſtatutum, filium, mortuo patre, excludere filiam dotatam; Bannitus perdit hoc ſtatutum, eamque admittere cogitur.

V. Perdit bannitus omnia bona. **C. G. O.** *p. 3 Tit. 49. Limn. in Capitul. Ferd. 3. art. 28. ad verb:* **oder ſonſt verwürcket** *&c. & alleg. ibi conſtitutiones Imperii.* Veteri quidem jure bona damnatorum applicabantur fiſco. *T. T. ff. & C. d. bon. damn. &*

 proſcript.

ratiſſimam ſimul fortunam conjicitur, omnium creaturarum injuriæ exponitur. Hic ſi delictum ſufficienter per teſtes idoneos probatum, quomodo adhuc habebit ullam defenſionem? Si verò ob contumaciam omiſſæ purgationes, & damnatus pro obtinenda abſolutione innocentiam ſuam docere velit, etiam poſt ſententiam eum audiendum ſtatuimus *cum Gail. lib. 2. p. p. c. 5.* Cum & jam damnatum in carcerem ex poſt facto conjectum in probanda innocentia audiri jubeat Carol. V. *in Conſt. crim. art. 155.* Neque appellatio bannito denegetur. *Magn. Dn. Richt. p. 1. Conſil. 37. n. 21. ſeqq.* Niſi bannum procedat ex contumaciâ, contumaci enim beneficium appellationis denegatur. *l. 1. C. quor. appel. non recip.* Imò nec ea Defenſio, quæ à jure civili ſecundum offenſionem licitam & illicitam determinata, bannito competit, quia ubi offenſio juſta capitalis eſt conceſſa, ibi defenſio prohibita. *arg. l. 4. C. de his qui ad Eccl. conf.* Atq; impunè licet occidere bannitum. *Vid Magn. Dn Struv. Tract. de vind. priv. pag. 31. Ord. Cam. part. 2.* Tit. 9. Sollen deß/ oder derſelben Guth und Leib allermänniglich erlaubet ſeyn/ und niemand daran freveln oder handeln können Et per banni declarationem quivis quaſi conſtituitur miniſter juſtitiæ. Ampliat hoc Coler. *conſil. 39. n. 98* ita ut nec bannitus aggreſſorem violentum interficiens evadat pœnâ homicidii. Licèt aliàs melius occurrere in tempore, quàm poſt exitum vindicare. *leg. 1. C. qu. lic. un. ſin. jud.* quod adeò extenditur à Doctoribus, ut ſtatuant, quod exiſtimans ſe occidere bannitum, ſi interficiat alium, pœnâ ordinariâ non veniat puniendus.

III. Bannitus à nullo recipi, tolerari & adjuvari poteſt. Landr. zu Worms *Ann. 1495. Tit.* Friedebrecher und ſolch Thäter ꝛc. Erklähr. Landfr. Augſpurgk 1500. *Tit.* die Friedebrecher ſollen kein Geleit haben. C. G. O. *Tit. 13.* ubi ſub pœna banni prohibetur dem Gan. Erben quicquam communicatur.

IV. Perdit bannitus Imperii omnia jura civilia, omnia judicia, omnesque in iis actiones, quæ juris civilis ſunt ob informationem, ordinem & additionem ſubſtantialium, quibus neglectis, quatenus quis in conſcientiâ obligetur. *vid. Dn. D.*

Struv.

Struv. Exer. 1. th. 58. & Exer. 2. th. 13.) Ità verò bannum Imperii fores præcludit judiciorum, non quod ad pœnam non poſſit rapi, ſed quod bannito in judicio agenti & moventi controverſiam omnis denegetur audientia. *Ummius Diſp. ad proceſſ. 1. th. 4. n: 23.* adeò ut neque actionem ante bannum cœptam perſequi poſſit. *Harpr. ad §. 1. Inſt. d. iis per quos ag. poſſ. n. 38. & ſeq. Coll. Crim. Theod. p. a. a. a. a.* excipitur illud intervallum, quo de nullitate ſententiæ banni in proceſſu diſputatur. *Umm. d. l.* Limitat hæc Gail. *L. 2. p. p. c. 12. n. 18.* bannitum perdere judicium ut actorem, non ut reum, adeoque citatum exceptiones ſuas poſſe proponere, eas tamen ſolas, quibus ab impugnatione actoris ſimpliciter & neceſſariò ſe defendit, non quibus perſonam quaſi actoris volens induit. Hinc eſſe quod non poſſit retorquere. Vid. *Magn. Dn. Struv. d. Vind. priv. c. 10. aph. 7. n. 9.* non poſſit admitti in judicio L. Diffamari: non poſſit conventus reconvenire, ne quod in defenſionis remedium ſuſtinetur, ad impugnationis materiam expendatur. *Gail. d. l. n. 24. & 30.* quæ quamvis ſpecioſa, an tamen Conſtitutionibus Imperii conſentanea, non immeritò fortè dubitaveris. Vid. Land Fr. zu Wormbs de anno 1495 tit. die Pön der Friedbrecher / Kaiſ. Land Fr. zu Augſp. 1548, tit. eod. §. 1. Bannitus etiam non poteſt condere teſtamentum, neque paſſivam habet teſtamenti factionem i. e. omnium ſucceſſionum & hæreditatum, prout quondam deportati. *l. 1. Cod. d. hered. inſt.* eſt incapax. Ut verò ob ſpecialem alimentorum favorem ea deportatis legato relinqui poterant *l. 11. de alim. vel. cib. leg*; Ita legata alimenta ex æquitate bannitis concedit Nel. *Tr. de bannit. 1. p. 2. temp. n. 41.* quod tamen & ipſum vix videtur admittendum.

Per bannum particulare quis perdit jura illius loci ſtatutaria. Unde ſi alicubi ſtatutum, filium, mortuo patre, excludere filiam dotatam; Bannitus perdit hoc ſtatutum, eamque admittere cogitur.

V. Perdit bannitus omnia bona. C. G. O. *p. 3 Tit. 49. Limn. in Capitul. Ferd. 3. art. 28. ad verb:* oder ſonſt verwircket *&c. & alleg. ibi conſtitutiones Imperii.* Veteri quidem jure bona damnatorum applicabantur fiſco. *T. T. ff. & C. d. bon. damn. &*

proſcript. quod correctum *per Nov. 134. c fin. verb. criminis accuſati*. *In quibus leges mortem aut proſcriptionem operantur* Ubi damnatorum ſubſtantia adſcendentibus & deſcendentibus ad 3. gradum adjudicatur. (etiam collateralibus uſque ad 3. gradum. Auth. bona damn. C. de bon. proſcript. & damnat.) Excipe Crimen læſæ Majeſtatis *d. Novell.* & crimen hæreſeos. *Auth. Gazaros C. de heret. verb. bannimus &c. ut filii ad ſucceſſionem pervenire non poſſint*, cùm longè gravius æternam quàm corporalem offendere Majeſtatem. Sic & hodie bona quidem fugitivi annotantur, non eo fine ut fiſcus rapiat, Ord. Crim. art. 218. Sed ne rei fuga adjuvetur & inſtruatur, ſi ex bonis ipſi quid tranſmitteretur P. H. G. O. art. 104. Dn. Struv. Exerc. 49. th. 97. In jure Saxonico diſting. inter bañitũ, & damnatũ cum effectu & ipſa executione afficiendũ. In hoc omnis ſublata confiſcatio. *Carpz. pr. Cr. quaeſt. 135. n. 8. ſeq* adeoque ultimò ſupplicio jam puniendi de bonis ſuis diſponere poſſunt per teſtamentum. *ibid. n. 11. & 17.* Secus in bonis proſcriptorum banno ſuperiori: cum enim illi corporibus propriis non luerint, bonis ſatisfacere coguntur. *cit. loc. n. 33.*

Quod nunc bona attinet banniti Imperii, Allodialia, ſi ex delicto procedat bannum, ut plurimum tranſeunt in fiſcum, ſi nullus actor adſit. *Gail. 2. obſerv. 86. n. 4. d. P. P. 2. c. 16. n. 58. & 18.* Subditi tamen Statuum, ſi rei criminis læſæ Majeſtatis banniti fuerint, bona allodialia non in fiſcum Imperatoris, ſed ad dominum territorii tranſeunt. *Capitul. Ferdin. 3. art. 28.* Si ex contumaciâ, actor immittitur in bona banniti C. G. O. *p. 3. T. 43. §.* und ſo alſo der Verandwortter. *& Tit. 49. §.* und ſo die Execution. Eſt verò ea immiſſio vel ex primo decreto, & ea neq; poſſeſſionem operatur, neque aliud jus quod rem afficiat: Sed res tantummodo corporaliter detinetur, neque in alium transferri poteſt *Weſenb. Paratit. de dam. infect. n. 6.* Vocatur pignus prætorium, quod dominum non privat poſſeſſione. *l. 15. §. 20. de damn. infect.* Neque immiſſus per conſequentiam fructus exinde aut alimenta conſequitur multo minus dominium. *Gail. L. 2 p. p. c 5. n* [illegible] Poſt intercedente aliquo temporis intervallo fit immiſſio ex ſecundo decreto, quæ plenum transfert dominium

minium. *Vid. Magn. D. Struv. S.C. Exerc. 26. th. 11. & Exerc. 39. th. 13. & 14.* Eam autem immiſſionem uſu fori antiquatam, ejuſq; loco receptam ſequeſtrationem monet *Wieſenb. ad ff. d. damn. infect. th. 16. fin.* De uſitato hodie arreſto vid. *D. Struv. d. Exerc. 26. th. 12. Berl. p. 1. Concl. 69. & concl. 74. Carpz. J.R.S. p. 1. Conſt. 29. & 30. per tot.* Adeò autem bannitus perdit bona, ut omnia etiam jura competentia, actiones & obligationes quibus debitores habuit obſtrictos, penitus emoriantur. C. C. C. *p. 2. Tit. 9. §.* So jemand ꝛc. Ita tamen banniti perdunt bona, ut mulieri dos ſit relinquenda. *Gail. l. 2. de P. P. cap. 16,* Id quod etiam obtinet in banno Sax. ſuperiori. Cùm enim ſoluto matrimonio ſtatim detur actio pro dote repetendâ, quid nî & hoc caſu, ubi bannitus pro mortuo habetur, & incapax omnium jurium civilium, ſub quibus nuptiæ comprehenduntur, non ratione originis & naturalis appetitûs, ſed civilium requiſitorum & effectuum: ut ita matrimonium non poſſit non rumpi. Imò re penitius introſpectâ; matrimonium banno Imperiali ita quandoque rumpi videtur ut & parti innocenti, (æquè ac in cauſa adulterii, malitioſæ deſertionis, & matrimonium antecedentis, in ſponſa, ſtupri) ad ſecunda vota quandoq; tranſire liceat. Non ita quidem hoc intellectum volumus, quaſi pars innocens non poſſit bannitum ſequi, neq; retinere maritalem erga bannitum affectionem, in voluntate ſcil. latentem; ejus etenim voluntas, quatenus talis, & quoad actus elicitos coactionem nō admittit. Sed ita, ſi velit. Sententia noſtra hoc nititur argumento:

Vbicunque tollitur Conjugii eſſentiale, & finis tam primarius, quàm ſecundarius, ibi revera reſcinditur conjugium, ita ut etiam arbitrio judicis parti innocenti ad ſecunda vota tranſire liceat.

Atqui: ſi in Bannum Imp. declaratur conjux, tollitur &c. E.

Major veriſſima eſt, nec argui poteſt inſufficientiæ propter ἰσεγλογίαν hodie uſitatam. Hæc enim ſuperveniens, conjugium

um

um exinde non planè conſtituit indiſſolubile, nec cauſas excludit legitimas, ſed potius rem judici matrimoniali decidendam relinquit. Minor probatur (1.) ratione Eſſentialis. Affectio maritalis ceſſat, dum vi ſententiæ declaratoriæ horrendæ bannitus à nemine, niſi ſub eadem pœna recipiendus, tolerandus & adjuvandus; dum omnium furor in eum concitatur, isque ceu beſtia, omni denegatâ defenſione omnium ferali ferro exponitur; adeò ut non dubitaverim, ſtricto jure etiam uxori maritum bannitum impunè occidere licere, niſi reverentia quædam adhuc conſideretur, & honor priſtini matrimonii. (2.) quoad finem. Nulla conjunctio corporum, nec communicatio operarum laborúmque locum habet, ſi conjux fugâ ſalutem quærit, animo non revertendi. Illud tamen non ibo inficias, differentiam quandam ſubeſſe h. l. inter bannum ex delicto graviſſimo, & ex contumaciâ: itemque tum potius procedere, ſententiam noſtram ſi banniti delictum, enormiſſimum forſan, per teſtes idoneos probatum, vel luce meridianâ clariora proſtent documenta alia, ita ut revertens bannitus ſine ulteriori proceſſu juris ad ſupplicium rapi poſſit. Potiùs inquam, Minus enim dubii eſt, quàm eo caſu, ubi bannito ex contumaciâ, & non ſatis abundeq; convicto, defenſiones adhuc & remedia eximendi ſeſe à banno ſupereſſe poſſunt. Eo etenim in caſu argumentum ſtringit fortius. Sed & poſteriori multum tribuendum eſſe arbitror arbitrio judicis, qui, uti in deſertione malitioſa, tum circa ipſam diſſolutionē, tùm ratione temporis vel triennii vel quadriennii expectandi, circumſpectè meritò procedit. *Magn. Dn. Carpz. pr. Crim. p. 2. quæſt. 58. n. 19.* ita hic quòque ob conſimilem ferè rationem. Neque enim propria auctoritate nuptiæ ſecundæ celebrandæ. Non obſtant quæſtioni noſtræ generali nugæ Canoniſtarum, qui vinculum conjugale non niſi per mortem ſolvi poſſe ſtatuunt tantum ſeparationem quoad thorum & menſam admittentes, & parti quoque innocenti ſecunda vota denegantes. in c. 1. & ſeq. 32. quæſt. 7. c. 2 fin. extr. d. divort. Non obſt. Matt. 19. v. 3. & ſequentib. Marc. 10. v. 16. & 11. ſed revertor ad dotem. Poſito etiam matrimonium hoc noſtro caſu non eſſe diſſolutum,

Con-

Conſtante tamen adhuc matrimonio non nunquam dotem repetit mulier; ſi mariti bona confiſcata fuerint. *Magn.D.Struv. Exer.30.th.36. cum Hunn. alleg. vid. l.31. pr. ff. ſolut. matr.* it: marito vergente ad inopiam. *l.24.pr.ff.ſolut. matr. l.29.C. de jur.dot.* Jam bannitum vergere ad inopiam nullus dubitat. Exilium paupertatem inducit. *Gloſſ. not. in Auth. d. exhib. & in bona reis, &c. in pr.* Extendit hoc *Beſold. Th.pract. verb. Confiſcation. cum Baiſ. Pract. criminal*, ut & mulier maritum rebellem quæ ſequitur dotem repetat. Accedit quod mulier tacitam habeat hypothecam pro eâdem repetendâ in bonis mariti, quæ obligatio ab ipſo ſtatim die contracti matrimonii incipit, neque ſolutionum tempora ſunt expectanda. *l.1.pr. ff. qui potior. in pign. Berlicb.p.2. Concl.30.n 7.* adeoq; etiam fiſcum antecedat. Sed quid ſi præter tacitam hanc hypothecam maritus uxori obligârit generaliter omnia ſua bona, poſtea fiſco eadem obligârit generaliter? Antecedit mulier etiam in re poſtea acquiſita argument. *l. ult. ff. & l.2. C. Q. potior in pign. Obſt. l.28. d. Jur Fiſci. Wiſſenbach expreſſam ſtatuit Antinomiam. ad h. l. 28 forte, abſq; neceſſitate.* Ampliat hoc *Theodor. in Coll. Crim. Diſp. 10.th.6. lit. E.* ut de bonis confiſcatis mulier præcipiat ea omnia, quæ ipſi aliâs vigore juris conſuetudinarii poſt mortem mariti debentur. *è Covarr.2. var. 8. n.7.* & allegato Præjudicio Wittenbergenſi, ut idem quoque obtineat in iis, quæ maritus mulieri, antequam accuſaretur reliquit per pacta dotalia, donationes aut teſtamenta. Addit Lipſienſes hoc caſu requiſiviſſe certam mortis mariti probationẽ. Aliter tamen etiam reſponſum fuiſſe non attenta hâc probatione. Speciale eſt in crimine perduellionis, quod perduellis alienatio poſt tempus ſtatim memoratæ factionis ſit invalida. *Aur. Bull. c. 24. §. 2. ibique Limn. obſerv. 1. Vid. Frantzk. Ex.14. q.7. ibique Fibig:* Neque confiſcationi ſubjacent fideicommiſſa, neque legitima. *Beſold. Theſ. pract. ibique alleg. Peregrin. d. Jur Fiſci. Farinac. Clar. Roland. à Vall. Sixtin. &c. videantur Conſil. Beſold.* Jure Saxonico legitima quoque relinquenda liberis. *Carpz. pr. Crim. quæſt.140.n.128.* Neque confiſcatio tollit quartam bonorum, *Dn. Struv. Exer.38. th.38. cum Maſtril. & Math.* in quam uxor indotata, inopiâ laborans

 ſuc-

ſuccedit marito locupleti. ex *Nov.53. Novell. 74. & Novell. 117. c.5.*

Feudalia bona non in fiſcum, ſed ad Dominum, quem recognoverat Vaſallus, tranſeút. C.G.O *p.2. Tit.9.§.* So jemand etc. Sunt vero Feuda alia immediata Imperii, quæ ab Imperatore conferuntur, & hæc, cùm immediatè dependeant ab Imperatore, in fiſcum tranſeunt, non quidem Imperatoris, quaſi bona ipſius tunc eſſent patrimonialia, ſed Imperii. Secundum feudi naturam, parente feudum amittente, filius excluditur à feudi ſucceſſione; non quidem ex hoc fundamento, quò ſcelera parentum in filiis vindicentur, ſed per conſeqq: ſuccedere non poſſunt. (Limitatur hoc. Niſi dominus Feudi filiis æquè principaliter & ſingulari eorum contemplatione feudum conceſſerit. (*Magn. Dn. Struv. Synt. Feud. cap.15. th.13.*) Non tamen ea feudi amiſſio agnatis præjudicat *cit. loc. th.14.* Speciale eſt in banno, ubi poſt mortem banniti bona feudalia filiis ſuis, Seinen Leibes Lehenfähigen Erben/ quando læſo ſatisfaciunt, iterum concedenda. Land Fr. d. A.1548. Tit. Von der Friedbrecher, ubi tamen verba: wo aber der Friedbrüch wieder den Lehn-Herrn etc. diſtinguere videntur inter bannum, profectum ex delicto in alium tertium commiſſo, de quo caſus antecedens; & in ipſum dominum feudi, quo caſu ratio juris feudalis communis obtineat, quæ filios excludit. Ferdinandus II. Imper. contrarius in eo erat, cùm bannito Friderico Electore Palatino aſſereret, Es wäre Ihr: Majeſtät die Chur-Pfaltz dergeſtalt ledig anheim gefallen / daß Ihr nach Belieben/ non attentis filiis aut agnatis proximioribus, zu diſponiren frey ſtünde. Salvo tamen jure agnatorum, addit, fieri translationem. Cui aſſerto acerrimè reclamârunt Electores Saxo & Brandenburgenſis, jura hæc agnatorum quaſita per factum alienum non poſſe adimi, nec clauſulam: ſalvo jure, ad quietem publicam ſervandam, ſufficientem eſſe ſtatuentes. *vid. Limn. in A.B. cap.24. §.1. obſerv. 10. & in Not. ad Capitul Ferdin. 3. art.28. verb:* Keines weges aber dieſelben dem Käyſerlichen fiſco &c. Addit limn: fruſtra reclamâſſe Electores ob ſtrenuam confiſcationis continuationem. addit ibidem

dem obiter egregium medium terminum confiſcationis alicujus. Nihil quidem hi deliquerunt, ſed dicuntur admodum divites. Alia Mediata ſunt Feuda, à ſtatibus conceſſa, quæ ſimiliter in fiſcum Imperatoris non tranſeunt. *vid. dict. Capit. Ferdin. III. art. 28. ibique Limn. ad verb:* **Schalten und walten laſſen.** ſed accreſcunt domino directo, ut in crimine læſæ Majeſtatis *d. l.* ita & hic. Excipiunt Roſenth. *c. 11. concl. 5. n. 1.* & Ruſdorff. *citati in Not. ad Aur. Bull.* Illuſt. *Dn. Dieterich. Th. 14. verb. viribus non ſubſiſtat &c.* caſum, quo Vaſallus refutat feudum filio aut proximo agnato, & poſtea bellum infert Imperatori injuſtum, ubi ſubjacere quidem perduellem banno Imperiali, filium verò retinere feudum, neque in eo inquietari poſſe.

Sin ipſe Dominus Feudū concedens, bannitus, ceſſat Vaſalli obligatio. *Dn. Struv. Synt. Feud. L. XI. apb. VII. n. 8.* adeoq; eo inconſultò feudum rectè alienat. *Rüiger. Ruland. d. Commiſſ. p. 4. l. 2. c. 1. n. 37.* Vaſallum tamen non offendere debere dominum ſuum bannitum vult Theodor. *in Coll. Crim. D. ult. th. 4. lit. A. notab. 3.* quia perſona Domini vaſallo ſemper honeſta & inviolabilis eſſe debeat, etiamſi dominus eſſe deſierit. *l. 9. ff. d. obſeq. par & patr.* neque dominium neque fidelitatem planè extinctā, ſed tantùm ſuſpenſam judicat. Verum rectius Neg. l. 9. loquitur de Patrono. Fidelitas non ſuſpenſa ſed cum omnibus beneficiis civilibus tota ſublata; non verò ea hic pugnandi ratio, quæ in banniti patris filio, quem parentalis deterrere debet obſervantia.

Notandum in bonis feudalibus quæ redeunt ad dominum, quod is nihilominus fructûs & perceptiones feudales quamdiu bannitus deſperatiſſimam adhuc duxerit vitam, exſolvere teneatur Victori. Deductis tamen impenſis, quæ fructuum gratiâ fiunt; cùm non dicantur fructus propriè, niſi qui deductis impenſis ſuperſunt. *l. 7. ſ. ſolut. matr.* Nec obſtat quod privetur bannitus omni jurium civilium & conſuetudinum auxilio, adeoque feudum diſſolutum revertatur ad dominum, qui nunc illud reverſum poſſidere videtur, quaſi nunquā dediſſet in feudum, adeoque fructûs feudales debeat jure retinere. Reſp. quæ ſunt juris tranſeunt, tranſit feudum

for-

ſormaliter conſideratum, poſſunt tamen adhuc remanere fru-
ctûs ipſi materialiter conſiderati, quæ enim ſalvo feudo poſ-
ſunt alienari & obligari, non ingrediuntur formalem rationem
feudi, ſed fructus ſunt tales. *Gail. l. 2. d.P.P.c. 17. n. 17.* E. Imò
fructus feudi poſtquam à ſolo ſeparati, non amplius feudales
ſunt, ſed patrimoniales. Addatur materia uſusfrûctûs. Neq;
ita planè revertitur feudum eo modo quo venit, perſonis, qui-
bus conceſſum, extinctis. Licet enim bannitus habeatur pro
mortuo; interim in bona ſua propria, poſitis cæteris requiſitis,
ſuccedere facit vincentem, & licet feudi natura obſtet, quo mi-
nus in feudum formaliter conſideratum ſuccedat, in fructus
tamen materiales ſuccedit, uſque dum morte banniti naturali
& ipſi fructus abeant. Bona fideicommiſſo affecta ſicut ad fi-
lium perveniunt in Crimine læſæ Majeſtatis ex ſententiâ Il-
luſt Dn. Dietrich. *in Not. ad A. B. Tit. 24. ad verb: nihil capi-
unt &c.* & Beſold. *Theſ. pract. verb: Confiſcatio*; Ita eadem ratio-
ne banniti filiis attribui poſſent.

Nec eſt quod banni Imperialis gravitas delicti, contuma-
ciæ fortean, qualitatem excedere videatur incautæ plebi. Con-
fiteor, materiale & corpus delicti præprimis inſpiciendum eſt;
Non enim ſolius cogitationis quis luit pœnam. l. 18. ff de Pœn.
Cato apud Gell. l. 7. noct. Att. c. 3. neque regulariter mala vo-
luntas nondum traducta in actum punitur in foro civili, niſi a-
nimi propoſitum perveniat ad actum quendam exteriorem l.
5. C. de Epiſcop. & Cler. l. 1. ff. d. Extr. Crim. vid. Conſt. Crim.
Carol. V. art. 178. ibique Math. Stephanum qui diſtinguit: inter
cogitationem nudam, ſimplicem in animo latentem, neminiq;
detectam, de qua l. 18. d. pœn. & quodammodo prodeuntem,
& iterum, vel ad actum remotum, vel proximum: & pro ratio-
ne circumſtantiarum, modo extra ordinem, arbitrio judicis
punitur, modo debitum habetur pro expleto. *Vid. Carpz. Pr.
Crim. p. 1. q. 17.* Excepto crimine læſæ Majeſtatis ubi ſola vo-
luntas, dummodo de ea conſtet, eandem cum effectu meretur
pœnam *A. B. tit. 24. §. 1. verb.* eadem ſeveritate voluntatem l. 5. l.
5. pr. C. ad Leg. Jul. Maj. c. quiſquis 9. diſtinct. 1. d. pœnis.
(Quid Galliæ morib. obtineat hoc paſſu, *vid. Limn. notit. Regn.*

Franc.

Franc. l. 1. cap. 8. p. m. 181.) Maximè tamen ſimul ponderandum Formale delicti, dolus & ἀταξία, ut diſtinguatur homicidium culpoſum à doloſo. Et quò magis inclinant mortalium ingenia ad hoc vel illud ſcelus, eò graviora meritò opponuntur ſupplicia.

Sequitur ipſa Executio. Cùm res judicata paratam habere debeat executionem, in baño Imperiali ex delicto, regiâ viâ per Executores fit executio in bona banniti, quæ offenſo traduntur, vel ab executoribus deputatis occupantur, ut ex iis ſatisfiat offenſo C. G. O. *p. 3. Tit. 49. §. 1.* Illa executio demandata eſt cujuſvis Circuli Præſidi, dem Kreiß-Obriſten/ R. A. Augſpurg. 1555. §. und nach dem auch zu Erhaltung. C. G. O. *p. 3. Tit. 49. §. 3.* qui neceſſariò ad executionem obſtrictus, niſi legitimas excuſationis cauſas prætendat, cujuſmodi 4. recenſet *Gail. l. 2. c. 17. n. 27.* (1.) Si executio facienda contra inſignem & potentem aliquam Rempubl. (2.) Si bannitus poſſideat munitiſſimum caſtrum. (3.) Si contra Electorem aliumque Principem potentem. (4.) Si bannitus Imperio quidem ſit ſubjectus, ſed extra imperiũ domicilium habeat. Quas priores duas potiſſimùm attendit C. G. O. *p. 3. Tit. 49. § 2.* Huic Circuli cujuſdam Præſidi adjunguntur aliĩ in eodem territorio, Zugeordnete/ qui urgente neceſſitate, ſi præſes ordinarius aut ipſe reus, aut negligens, recuſans aut incapax fuerit, ſententiam exequuntur. R. A. zu Augſpurg. 1555. §. wo ſich auch zutrüge ꝛc. R. A. 1570. §. Sintemal aus hochbewegenden. Impenſas in executionem factas non actor fert, ſed bannitus, C. G. O. *p. 3. Tit. 43. §.* wo aber der Kläger ꝛc. *in fin.*

Ut verò poſt nubila Phœbus ſplendet; ita & hæ fuſcæ nubes in ſerenitatẽ abſolutionis nonnunquam reſolvuntur. Abſolvitur contumax, qui judicio ſeſe ſubmittit, adverſario ſatisfactionem offert, damnaque & impenſas reſarcit. C. G. O. *p. 3. Tit. 46. §. 2.* Wo auch jemand. Etiam invito & nolente adverſario. *Gail. l. 2. c. 18. n. 13.* Quia ſublatâ cauſâ contumaciæ, quæ ſolutione purgatur, tollendus quoque effectus, banni. Utriuſque partis conſenſum requirit ad abſolutionem

E Banni

Banni & immiſſionis ex ſecundo decreto, non verò in primo & contumaciâ ſimplici *Magn. Dn Richter p. 1. Conſil. 18. n. 46. & 47. pag. 119.* In reſtitutione banniti conſenſum Electorum requiri à verò non alienum videtur *Limn. in Capitul. Ferdin. 3. Art. 30. verb.* Churfürſten *n. 8.* In atrociſſimis delictis Camera non abſolvit inſciâ Cæſareâ Majeſtate C. G. O. *p. 2. Tit. 18.* id quod adeò extendit Gail. *L. 2. P. P. c. 18. n. 16,* ut ejuſmodi bannito omnis denegetur abſolutio. *vid. l. 3. C. de abolit.* ubi minimè venia cōceditur in crimine læſæ majeſtatis, licet aliàs in ſpeciali abolitione, actor præſente reo, cauſâ cognitâ à judice competente abſolveretur, ne ut tergiverſator incideret in pœnam SCti Turpilliani, cum diceret v. gr. ſe per errorem, vel temeritatem, vel calorem ad accuſandum ſine animo calumniandi proſiliiſſe, ſuam ſuorumque defendens injuriam. *vid. Viros Magnif. D. Struv. Exer. 49. th. 89. D. Schrôter. in C. ad Tit. d. Abolit.* Ipſe verò abſolvendus præſens comparere debet & banni abſolutionem publicè accipere, ut qui publicè pacem violavit. *Gail. loc. cit. n. 25.* Sicut & LL. Civiles urgent in criminalibus ipſam rei præſentiam neq; admittunt procuratorem, niſi, ubi pœna eſt pecuniaria. Alias exceptiones *vid. in Gail. l. 1. P. P. cap. 10. n. 9.* quid in relegatione obtineat *vid Magn. D. Carpz. P. Crim. quæſt. 95. n. 57. & quæſt. 105. n. 79. fin.* Abſentiæ tamen cauſa rectè allegatur à Procuratore *l. 3. C. d. Accuſat. l. 13. §. 1. ff. de publ. Jud. non obſt. l. penult. §. 1. ff. de publ. jud. l. 15. C. d. Accuſat. l. 1. ff. an per Al. cauſ. appell. Vid. Excell. D. Schrôt. in l. 3. C. d. Accuſat.* Agit tamen bannitus in camera per Procuratorem. *Gail. l. 1. d. PP. c. 10. n. 1.* quia banni pœna non requirit rei præſentiam. Intricatam hanc quæſtionem. An Procurator admittatur in criminalibus, vid in Donell. & Hillig. *l. 18. c. 10. lit. E.*

Sententia abſolutionis hæc eſt: Vice ac Nomine Cæſareæ Majeſtatis Domini noſtri Clementiſſ. abſolvimus & relaxamus Te, N. N. à banno teq; ex inimicitia iterum paci, & in Sacræ Cæſar. Majeſt. Sacriq; Imper. Rom. gratiam, protectionem & defenſionem, & in eum ſtatum, in quo ante bannum eras, reſtituimus. Reſtitutus ita in ſtatum priſtinum omnia recuperat bona, niſi pendente bāno alienata. juxta *Gail. l. 2. p. p. c. 19. n. 9.* à quo

quo-

quoad bona pendente banno alienata diſſentit Magnif. Dn. Richter. *part.1. Conſil.37.n.25. p.244.* Hinc wenn die Sache zwiſchen den Aechtern ꝛc. Land Fr. *Tit.* Die Pön der Fried. ꝛc. §.2. Fallit in banno Saxonico, ubi poſt confiſcationem bonorum reſtitutus nihil recuperat. LandR. *l.1. art.38. §. fin. Carpz. pr.Cr. quæſt.140. n.130.* Notandum verò, quod caſſatio banni, ob injuriam aliudve delictum impoſiti, non ſtatim ipſam cauſam debiti ſeu delicti tollat. *Vid. Dn. Richt. part.1. Conſil.18.n.31.p.117.*

Ad Humaniſſimum ac Peritiſſimum

DN. CHRISTIANUM FRIDERICUM Reichhelm / Hallenſem,

Amicum & Commenſalem ſuum dilectum.

De Banno Imperii dum dogmata tradis aperta,
Et promis ſtudiis congrua multa tuis:
Lætatur *Themis*, & promittit præmia digna,
Quæ dare conſtituit tempore quæque ſuo.
Det DEUS ut facili decurrant cuncta labore,
Atque ferant ſtudiis commoda multa Tuis

Benevolentiæ teſtandæ causâ faciebat

Chriſtianus Chemnitius, D. P. P.
Paſtor & Superintendens.

Qvi, fatis, cathedram juris, Reichhelme, *ſecundis,*
Conſcendens, docto pectore, verba facis:
Ter felix, credo, ſtudiorum acquirere finem
Intentum poteris, propoſitumq́; ſcopum.

[illegible]; ſupplex, numenvenerabile adoro,
[illegible] optatâ proſperitate, beet!

In honorem Nobil. & Politiſſimi Dn. REICHHELMI, Jurium Cultoris inclyti, amici mei & candidiſſimi & ſuaviſſimi, gratulationis ergò, hoc ſcribere volui, debui,

Joh. Jacobus Avianus, J. U. D. & P. P.

REx volucrum, Jovis asſuetus qui fulmina geſtet,
Aſpicit à teneris igniti lumina Phœbi,
Ne noceat ſplendor volitanti ad ſidera celſa,
Hunc imitans, REICHELME, meres præconia laudis,
In Divam Themidem juvenis dum vertis ocellos,
Ne ſeniori hebeant. Adſit fortuna labori.

Hucce
Pereximio atq; Politiſſimo Dn. RESPONDENTI, J. U. Cultori indefeſſo, Diſputationis bujus Autori, Fautori & Amico ſuo ſingulari, gratulari voluit

PRÆSES.

S[illegible]ci, dum inquiris viſcera banni,
[illegible]as breviter, quid tua virtus habet.
[illegible]alles qui tam moderamina rerum
[illegible], tenes noxia quæque tibi.

Fauſta precationis & conteſtandæ amicitiæ ergò D. R. amico ſuo, ut & conterraneo longè honoratiſſimo paucula hac addere voluit

Caſpar Daniel Schneider.

FINIS.